I n

Iv

STATUTUM C. SCHIAC.

Ordinamenta Generalia

II

Statuta, et

Ordinamenta, siue capitula statutorum & ordinamentorum Communis

CASTRI

Schigini

R. ARCHIVIO di STATO di PARMA
BIBLIOTECA

TABULA.

Liber Primus

De electione Vic. consiliarior. Cam.rij et Bayli 2.
De assentatione officialium et eor. substit.ne 3.
De iuram.to officialiu dci et mo et forma 4.
De electione trium Massarior. et eor. pote 5.
De elect.ne Notarij D. Castri et eius officio 6.
De elect.ne Viarior. Adarationator. et formarij ipsor. potestat. 7.
De electione quatuor custodum, et eor. off.o 8.
De elect.ne trium Massarior. sup disgommorat.ne 9.
Quod omnis introitus debeat pervenire in manib. Cam.rij 10.
De off.o Bayuli alicui a sort 11.
De iuram.to D. Potestatis 12
De iuramento alior. officialiu 13
De honor. fien. Dno Potestati in eius adventu 14.
[illegible] unus p quolibet focul[are] stare debet ad tregu. 15.
De assignatione debitor. expensar. et collar. Cam.o per Vic.m et Consiliarios 16
Quanti possint expendere Vic. et alij officiales de pecunijs Cois pro uno prandio in fine eor. offitij 17.

Liber 2.s super maleficijs

De auctoritate D. Potis et Vic.i super maleficijs 1.
De modo et ordine proceden. super maleficijs 2.
De penis mitigan. ex pacem, solutionem infra terminum et confessionem 3.
De assignat.ne termini fien. alligati absentiam 4.
Quod peti possit consilium sapientis, et sine eo [illegible] fieri non possint 5.
De pena opponentis se baiulo 6.
De [illegible] exceptiunt a penis 7.
De maleta Potis et Vic.ij et qua penam ponere possint. 8.
De [illegible] acceptant officium 9.
Quod procedat de similib. ad similia 10.
De pena non orbantis accusa qua porrexit. 11.
De pena vendentis vinu cum mensuris non [illegible] et non sigillatis. 12.
De pena [illegible] cum Potate et [illegible] 13.
De pena vindemiantis sine licentia Vic.i et Cons.ij 14.
De pena facientis aliquod laboritiu dieb. dominicalibus et festiuis. 15.
De mo confinan. [illegible] 16.
De pena receptantis exbanditos S. Rom.ne Ecc.e vel Cois Spoleti 17.
De pena non iurantis salvitatem 18.
De pena vendentis alicui forensi domum vel casalenum, sive possessionem 19.
De pena lavantis pannos in fonte publici et in vena vallis Casane 20.
De pena non facientis Hortum 21.
De pena non aptantis vias qu sibi mandabuntur 22.
De pena blasfemantis vel maledicentis Deum 23.
De pena ludentis ad ludum tassillor. 24.
De pena dicentis alicui verba iniuriosa 25.
De pena facient. insultu cum armis et sine 26.
De pena percutientis aliquem cum armis. 27.
De pena percutientis aliquem manu vacua vel pede 28.
De penis duplican. 29.
De pena invadentis tenuta vel possess.em alicuius 30.
De pena occupantis vel diminuentis viam. 31.
Qualiter quis possit se et aliu defendere et excusa 32.
De pena facientis aliquod ingombramentu in Ecc. S. Nicolai. 33.
De pena stantiu ad loquen. in platea ante Ecc.am 34.
De pena facientis proambulum sive profellum super stratam comunis 35.
De pena exterminantis aliqua possessione 36.
De pena facientis falsum testimonium 37.
De pena periurantis 38.
De pena intrantiu in Castro aliunde qua per portas. 39
De pena non trasentium ad rumorem 40.
De pena incidentium in silua cois et in silua aliena 41.
De pena dan. dat. cum bestijs equinis, mulinis, porcinis et alijs. 42.

TABULA:

De pena proferentium verba personaliter uel cum blasfemiis 43.
De pena eorum cum capris infra metas et bres 44.
Quod cuilibet sit licitum pasculare et multa
facere in tiserio campestrini 45
De pena falcantis et falciam facientis in
sloner fuserne 46.
De pena porcos habentium et exire permit-
tentium extra metas confines 47.
Quod Vicarius possit coadunare suos consi-
liarios pro occurrentia comunis 48.

Liber 3us super causis ciuilibus

De citationibus faciendis in ciuilibus causis. 1.
Quomodo procedatur contra reum contumacem 2.
De modo et ordine procedendi in iudicio ordinario 3.
Quod recusans iusiurandum a parte delatum
habeatur pro confesso 4
De salariis soluendis in causis ciuilibus. 5.
Quod reddatur ius in loco deputato 6.
De expensis refitiendis per uictum victori 7.
De diuisione rerum comunium et inter heredes 8.
De questionibus inter coniunctos compromittendis 9.
De instrumentis, pactis, conuentionibus laudis
et corbamentis executioni mandandis 10
De fideiussoribus indemnitate conseruandis 11.
De feriis in causis ciuilibus 12
De modo et forma agendi contra heredes defuncti 13.
Quod nullus intret in possessionem bonorum defuncti 14.
Quomodo ius reddatur forensibus 15.

Liber quartus super extraordinariis

De cereo dando in festo S. Nicolai 1.
De modo petendi consilium sapientis 2.
Quod ille cui mandatum fuerit teneatur ire
in exercitum 3.
Quod nullus faciat aliquod ingenium
ad capiendum columbas 4.
De pecunia soluenda per habentes bestiamina 5.
De canibus retinendis ligatis 6

De modo piscandi 7.
De crateferiis cauandis 8.
De pignoribus recolligendis 9
Quod nemo possit portare statera
extra districtum dicti castri 10.
Quod laborans possessionem alienam
teneatur soluere collectas 11.
De molendinis et aliis bonis locandis 12.
Quod ipsa certum terminum soluatur
continuum 13.
De pecunia soluenda per forenses pa-
sculantes, et transeuntes per territorium
dicti castri 14.
De custodiis et operibus faciendis in comuni 15.
De modo procedendi contra forenses debentes
soluere aliquod alicui de dicto castro 16.
Vicarius consiliarii et Massarii dicti castri
possint in certis licentiam concedere 17.
Quod habens arborem pendentem super posses-
sionem alterius, remoueat 18.
De danno quod homines dicti castri occasione
alicui substinerent 19
Quod officiales dicti castri possint
utilitati comunis ordinare 20.
Quod quis non possit mittere carnes
extra dictum castrum 21.
De modo uendendi carnes castratinas
et porcinas 22.
De gabella soluenda per habentes bestias 23
De mensuris retinendis per molen-
dinarios et modo macinandi 24.
De honoribus supportandis per [illegible] 25.
De pena petentis aliquam gra-
tiam in comuni [illegible] et [illegible]
possit gratiam, nec aliquis [illegible]
supponere 26.
De diuisione fiendi quolibet anno [illegible]

TABVLA.

Monti Fusorni, et Vallimalinoctis pro fal-
caando fenum 27.
Quod de nuncijs, et relationibus secretorum
custodum de quibusdam maleficijs credat
usque ad certam summam etiam si de dicto
maleficio maior pena venirit imponenda 28.
Quod Bayulus teneat extimare damna
data et pro eis executionem facere 29.
De pena dantis ad laboritium seu ad
coptimum aliquam possessionem alicui forensi 30.
Quod nullus forenses incidat ligna in costa
Serigini. 31.
De pena facientis cesam fornaccnam seu car-
bonem in costa Serigine 32.
De pena incidentis, et dd. in Rostacois 33.
Quod acquirens aliquod stabile accata-
statum debeat ponere in sua libra 34.
Quod laborans possessionem vel possidens
domum alicui forensis debeat solvere collectas 35.
Quod debitor Cois d. Castri non possit accopi-
mare aliqua bona dicti Cois nec super
eis offerre 36.
De pecunia solvenda per forenses in festo
S. Mariae de Augusto. 37.
De pena ludentis ad ludum cartarum et
tassillorum. 38.
Quod Coitas debeat dare ad coptimum Ospi-
tium et tabernam dicti castri 39.
Quod nullus possit pasculare per territo-
rium dicti Castri cum bestijs caprinis
super numerum viginti 40.
Quod quilibet Vicar. fabricari faciat unam
perticam muri pro munitione Castri. 41.
De pena dd. in monte Fusorne 42.
De pena piscantium in forma molendinorum
à lacu Rosi 43.
De pena pasculantis cum bestijs in locis pub. 44.
De pena incidentis ligna in silva Cois
in voc. fossati vallis 45.
De pena Macellariorum et Pizzica-
rolorum non tenentium mensuras
et pondera iusta et sigillata 46.
De pecunia solvenda per forenses
lavantes pecora ad pontem d. Castri 47.
Quod quilibet Vicar. fieri faciat unum
opus communale pro reaptatione viarum 48.
De salario Vicarij dicti Castri 49.
De capitulis contra libertatem Ecclesi-
asticam revocan. 50.

Reformationes Lib. 4.

De pena con. forenses pasculantes, et
Arbores et Ligna facientes pag. — 27.
De pena con. excabantes Cippos et radicas. — 27
De pena con. forenses excabantes lapides circa ad
conciand. — 29
De modo extrahendi Offitiales de Bussulo — 29
De pena con. forenses excabantes lapides ibid.
De pena con. forenses All. mandat. vel cum bestijs 30
De pena con. ludentes ad ludum Tassillorum. — 31.
De pena incidentium et [illegible] in Costa Seriggini 32
De pena retinentium Capras ultra num. 60. et pec. 30 — 32
De penis reducendis in pecunia pro retentione [illegible] 33
De penis con. fidelantes in monte Fusorne ante tempus 34
Reservata Scarpellatorum — 35
Ref. super Vijs et formis mag.ris — 36
De pena dd. in Rastelli Voc. Coronarum — 36
De pena con. ludentes ad Casew et alium ludum
Super renovatione Offitium et Arrengarium — 39
De modo, et ordine faciendi Arrengam — 41.
Con. forenses habitantes et eorum solutione — 42
[illegible] in [illegible] — 42
De pena con. Ascendentes super Scanni Rectoris d. Cois — 43
Delinquentes solvant expensas Bendpnaz. — 43
Super retentione X Cap. pro quolibet familia — 44
De pena con. retinentes Capras — 47
De forensibus habitantibus solutione — 54
— 60 62
De receptione 50. Scudi — 82
[illegible]
De salario dando Offitialibus in reformationibus — Car. 85
Ad Formas Magisterij in [illegible] in Rengarius — Car. 113

yhs.

Dei, et gloriosæ Virginis matris Mariæ eorum nominibus inuocatis ad laudem hono-
rem, et reuerentiam omnipotentis Dei et Beatæ Mariæ Virginis et Sanctorum Apo-
stolorum Petri, et Pauli et Sanctorum Nicolai et Siluestri defensorum et protectorum
Cõis et hominum Castri Seriggini districtus Spoleti, et totius eclesiastis curiæ ad honorem, et reuerentiam
S. M. Ecc.æ et Sũmorum Pontificum, et Communis Spoleti nostri patris et dicti Castri Serigini.
Hæc sunt statuta, et ordinamenta siue cap.la statutorum et ordinamentorum Cõis castri
prædicti Seriggini facta edita, composita et compilata per prouidos uiros Iannem
Peragustini, Marcutium Antonij, Ottauianum Ser Io. Simonis et Pernicolaum Peristi-
fani de d.o Castro Seriggini statutarios, factores, compilatores, et compositores statutorum
et ordinamentorum d.i Castri Seriggini per Cõem d.i Castri, et generalem Arengam ipsius solem-
niter electos, nominatos, et deputatos ad dicta et infrascripta statuta, et ordinamenta
facienda celebrandi compilanda, componenda et ordinanda specialiter electos
ex potestate et balia eis per dictum Cõe concessa, et attributa infrascripta statuta et
leges ac capitula unanimiter et concorditer pro bono et pacifico statu homi-
num et personarum ac Cõis castri prædicti, Christi, et beatæ Mariæ Virginis eius
matris nominibus inuocatis statuerunt ordinauerunt, compilauerunt
atque fecerunt omni modo uia, iure, causa, et forma quibus melius potuerunt
saluis semper et reseruatis iuribus, et iurisdictionibus Sac. Sanctæ Romanæ
Ecc.æ et Cõis Spoleti. Statuentes, et unanimiter ac concorditer ordinantes quod
omnia et singula infrascripta capitula et in eis contenta cõiter et diuisim in d.o
Castro, et eius territorio a die infrascripta .... et publicationis in antea, prout scripta
et publicata apparebunt manu mei Sixti Vettorini de d.o Castro Seriggini pub.ci Notarij,
pro legibus, et statutis Cõis Castri prædicti haberi, et teneri ab omnibus debeant et inuio-
labiliter obseruari, et quod durent, et firma permaneant quousque fuerit a Superiori reuocata
et omnibus alijs cap.lis actenus per dictum Cõe factis et prouisionibus et ordinamentis
decretis, et reformationibus in hoc uolumine non insertis præualeant, et robur
efficax habeant continuo.

De electione Vic.i Consiliariorum, Cam.rij & Bay.i 2.

In primis statuerunt et reformauerunt quod cum sine rectoribus et guberna-
toribus nulla cõitas regi, seu in perfecto et salutifero statu gubernari possit. Ideo
statuerunt et ordinauerunt quod per generalem Arengam hominum d.i castri describant seu
describi faciant nomina illorum quibus eis aut maiori parti ipsorum uidebitur quorum quilibet
describant nomen Vicarij et trium consiliariorum d.i Castri, qui sint Vic. et Consiliarij
castri prædicti in uno breue, et unum aliud nomen Cam.rij quod scribat ... ...
et eligant nominentur, et describant tot quot erunt sufficientes ... ... pro

qui brevia facere deliberaverint et cuilibet dictorum officialium eorum officium durare
et per sex menses, de quibus brevibus extrahatur unum in quo scripta
appareant nomina Vicarii et consiliariorum et unum aliud breve in quo scri-
ptum appareat nomen Camerarii, et unum aliud in quo scriptum sit nomen
bayuli d. Castri, et sic fiat de sex mensibus in sex menses, Postea per Vicarium
et Consiliarios dicti Castri fiat donec durant brevia predicta, et finito dicto
tempore vel anno de novo in generali Stringa pro ut supra scriptum est
similis modus et forma servetur in futurum, qui omnes, et quilibet ipsorum habe-
ant, et habeat illam auctoritatem, potestatem, et baliam que eis, et cuilibet
ipsorum coniunctim, seu divisim, particulariter, seu communiter datur, et conceditur
seu attribuitur per formam statutorum d. Castri, aut alicuius capituli presentium
statutorum et ordinamentorum factorum, et etiam fiendorum.

De absentatione officialium, & eorum substitutione. 3.

Statuerunt, et ordinaverunt quod cum aliquando necessitas urgeat se a terra
absentare, quod cuilibet officiali Castri predicti liceat et possit impune a d. Castro
et eius territorio absentare per tres dies et non ultra, et quod cuilibet officiali
Castri predicti liceat alium loco sui de d. Castro subrogare et eligere tamen cum
voluntate Vicarii et Consiliariorum dicti Castri aut maioris partis ipsorum, et aliter non
qui sic electus et subrogatus habeat similem potestatem, quam habebat eligens
et pro illo tempore et si contrafecerit in predictis aut ipsorum aliquo condemnetur
in decem libras denariorum pro quolibet et qualibet vice, liceat tamen cuilibet
officiali castri predicti sine pena se a d. Castro et eius territorio absentare cum
licentia tamen Vicarii et consiliariorum, et Massariorum dicti Castri vel maioris
partis ipsorum pro tempore pro quo fuerit sibi per eosdem concessa licentia.

De iuramento officialium dicti Castri & modo, & forma. 4.

Item statuerunt, et ordinaverunt quod in quindecim dies seu ante, vel post
calendas mensis novembris extrahant brevia de brevibus supradictis
teneant et debeant eorum officium, ad quod sic extracti, seu electi et ad quod
deputati erunt, iurare ad Sancta Dei Evangelia scripturis corporaliter
manu tactis antequam incipiant eorum officium facere, et exercere, bene fide-
liter et legaliter, bona fide et sine fraude, et manutenere leges, et iurisdi-
ctiones et bona comunis castri predicti pro eorum posse, remotis odio, amore, timore, pretio
precibus et omnia alia humana gratia, et predictum iuramentum prestare debeant in manibus
Vicarii d. Castri vinculo eorum iuramenti et pena centum solidorum denariorum pro quolibet
contrafaciente et qualibet vice. ______

De electione trium Massarior, & eor potate. v.

Statuerunt et reformaverunt quod Vicarius et Consiliarij dicti Castri tempore eor officij teneant et debeant eligere de hominibus dicti Castri tres Massarios sine quor presentia et voluntate non possit in d.o Castro imponi aliqua collecta, seu prestantia, sed oes collectas et prestantias imponendas in d.o Coi pro quacumque de causa imponere et ordinare debeant per supradictos Vic.m et Cons.rios vel maiorem partem ipsor prout eis videbitur et placebit et quicquid in predictis per d.os Vic.m Consiliarios, et Massarios vel maiorem partem ipsor fuerit factum, gestum et ordinatum seu reformatum plenam obtineat roboris firmitatem.

De electione Not.rij dci castri, et eius off.o vj.

Vicarius, Consiliarij, et Massarij d.i Castri vel maior pars ipsor teneant et debeant eligere et nominare unu notariu pro d.o Coi cum salario per eos deputando, et debeat fieri d.a electio de sex mensibus in sex menses. Qui not. tempore sui officij teneat et debeat facere pro d.o Coi omnes et singulas scripturas d.i Coi, Vic.o et Potestati ipsius Castri oportunas et necessarias in d.o officio sine aliquo pretio et mercede prout est in d.o Castro consuetu et scripture facte per d.m Not.m in d.o off.o, in iud.o coram Pot. seu Vic.o d.i Castri valeant, et teneant sine adibitione testium pleno iure ac si essent testibus et alijs solemnitatibus iuris, voluntate et eis plena fides adhibeat in oibus et per oia, et scripturis, processus, et sententie in civilibus et criminalibus causis facte in d.o Coi per alium quam per Not.m dicti Castri, et per d.m Coe electum modo pred.o non valeant neque teneant ullo modo, et si fuerit contrafactu in aliquo ex d.is casibus contrafaciens puniat pena centu solidor denarior pro quolibet vice.

De electione Viarior, Adrationator, & Formarij, & ipsor pote. 7.

Statuerunt, et ordinaverunt quod in generali Arenga bannita more solito d.i Castri, ad fabas nigras et albas supra d.i Vic., Consiliarij et Massarij vel maioris partis ipsor teneant et debeant eligi facere duos Viarios, duos Adrationatores, unum formarium prout est antiquius consuetu per d.m Coe eligi. Qui Viarij sic electi teneant et debeant facere actare vias per totum territorium d.i Castri intus et extra d.m Castrum, ita et taliter quod quilibet possit commode ire et redire per d.as vias cum salmis et sine et unus ipsor exerceat suum officiu extra flumen et alter citra flumen sed unus ab una parte fluminis et alter ab alia, et que vie debeant actari, et manuteneri quod consortes dictar viar et d.i Viarij teneant et debeant perquirere et videre d.as vias semel in mense quolibet si sunt adequate, aliquo modo ingombrate, seu exterminate vel super predictis et si videbitur necessarium dictis Viarijs, vel alteri ipsor, Vic. et Consiliarij d.i Castri eligant, et mandent seu mittant una cum eis duos massarios ad . . . . d.as vias. Qui viarij possint et valeant contrafacientes statuti ponere penam et bannu usque in decem solidor denarior pro eius off.o exercendo. Qui Viarij teneant et debeant vinculo iuramenti semel in mense quolibet referre Potestati et not.o Castri omnes et singulas personas contrafacientes tempore eor officij, et si fuerint negligentes in eor officio exercendo puniant pena decem solidor pro quolibet et quolibet mense, et formarius teneat et debeat facere . . . formas per totu territoriu d.i Castri

per consortes et adiacentes, et formas consuetas et debeant videre, et requirere ipsas formas semel in mense à calen. mensis Martij usq. ad calendas mensis Novembres contrafacientes in pred. puniant pena duor. solid. pro qualibet, et qualibet vice et dicus formarius teneat et debeat referre Potestati vel Vicario, et Not.rio d. Castri, contrafacientes et si d. formarius fuerit negligens in predictis puniat pena decem solid. pro qualibet vice, Qui Rationatores sic electi teneant, et debeant adrationare officiales semestri preteriti et facere executionem collectar. condennor. et penar. omnium exigend. d. loci prout videbit eis, fore iustum cum scriptura, et sine, et habeant, et habere debeant pro eor. salario duos solid. denarior. pro qualibet libra quam exuquerint et per venire fecerint ad manus Cam.rij Cois d. Castri. ab illis personis, qui solvere tenerent in loco quacumq. de causa, et teneant pred. adrationatores in duos mensis post absumptionem eor. officij rationem, et computa videre ad pena centu solid. denarior. pro qualibet, et qualibet vice.

De electione quatuor custodum, et eor. off. 8.

Custodes secreti quatuor de hominibus dcti Castri eligant de sex mensibus in sex menses per Vic.m et Consiliarios d. Castri, Qui custodes sic electi teneant et debeant vinculo eor. iur.ti et pena viginti solid. denarior. pro qualibet contrafaciens, et qualibet vice denuntiare et referre Potestati, vel Vic.rio vel Not.rio d. Castri omnes damnadantes et facientes alia aeque tenent referre, et denuntiare secundu forma alicuius capituli pntium statutor. in presenti volumine scripti contentor. in quindecim dies post commissum maleficium, et similiter maledicentes, seu blasfemates Deum vel Beat.m Virginem Mariam eius matrem vel Sanctos seu sanctas Dei, aut aliquos Aplor. in d. termino sub d.ta pena, et de omnibus, qui denuntiaverint seu retulerint, stet et credat eor. sacramento usq. ad quantitatem viginti solid. denarior. et non ultra et ab inde vero semper legitime probet.

De electione trium massarior. super disgomorat.ne Roste. 9.

Tres Massarij de d. Castro eligant et eligi debeant, et nominent per Vic.m Consiliarios, et Massarios pred. vel maiorem partem ipsor. qui Massarij teneant et debeant vinculo eor. iuram.ti et pena viginti solid. denarior. pro qualibet contrafaciens, et qualibet vice facere removi omni disgomoramentu q. eis videbit imposit. in pertinentijs Rosti molendinor. prout eis, aut maiori parti ipsor. videbit et placebit fore iustum, et possint et valeant pena imponere usq. in decem solid. denarior. et exigi facere inobedientibus, quor. off.m durent per unu annu, et sic de anno in annum eligant et si fuerint negligentes in pred. aut ipsor. aliquo puniant pro qualibet, et qualibet vice in viginti solid. denarior. et super statu et lectu fluminis, et super pred.tis ipsor. quolibet stetur, et credat in qualibet casu.

Qualr omnis

Quod omnes introitus cois pervenire debeant in manibus Camerarii et de eo. Rubrica 10

Ad hoc ut bona cois dicti castri bene conserventur statuimus et ordinamus quod ad manus Camerarii dicti castri debeant pervenire oes introitus dicti cois pro dicto coi recipientis et habere ac facere debeat duos libros in uno quorum scribat ois introitus cois predicti et ad eius manus pervenienti et in alio exitus dicti cois per notarium eiusdem cois tempore sui camerariatus, et teneatur reddere rationem sui officii Vicario et consiliariis dicti castri singulis duobus mensibus ad penam viginti solid. den. pro qualibet et qualibet vice qua fuerit contrafactum in predictis aut aliquo ipsorum aliquo

De officio Baiuli dicti castri Rubrica 11

Baiulus dicti castri qui pro tempore fuerit teneatur et debeat facere oes et singulas citationes relationes bannimenta exbannimenta et omnia ac singula ad officium baiulatus spectantia et pertinentia more solito et prout tenetur de iure. In omnibus citationibus relationibus et aliis ad eius officium spectantibus detur plena fides et stetur ac credatur et et teneatur et debeat obedire Potestati Vicario Consiliariis notario Viariis adrationatoribus et aliis officialibus dicti castri pena decem solid. pro qualibet vice de pertinentibus ad suum officium et habeat pro suo salario pro qualibet terminata quam exigerit seu invenerit ad petitionem alicuius specialis persone sex den. pro qualibet citatione duos den. ad petitionem alicuius specialis persone facta

De iuramento Potestatis Rubrica 12

Potestas dicti castri antequam incipiat suum officium exercere iuret et iurare debeat in manibus notarii dicti castri scripturis corporaliter manu tactis suum officium bene et legaliter exercere remotis omnibus contrariis veritatis et omni fraude cessante et manutenere iura et leges dicti cois iuxta eius posse, et secundum formam iuris Statutorum et ordinamentorum dicti castri in presenti volumine contentorum, et fiat dictum iuramentum coram vel in presentia Vicarii Consiliariorum et Massariorum dicti castri vel maioris partis ipsorum

De iuramento aliorum officialium Rubrica 13

Statuimus et ordinamus quod Vicarius et quilibet alius officialis dicti cois electus seu extractus secundum formam presentium Statutorum iurent et iurare debeant in manibus Vicarii seu notarii dicti cois infra quindecim dies post eorum electionem seu ex-

-pationem eorum et cuiuslibet ipsorum officium ad quod deputati fuerint bene et legaliter exercere omni fraude cessante remotis omnibus contrariis ueritatis et manutenere iura leges et priuilegia dicti comunis iuxta eorum posse et secundum formam et tenorem statutorum et ordinamentorum

De honore fiendo Potestati dicti castri in eius aduentu Rubrica 14

Camerarius dicti castri qui per tempora fuerit expensis dicti comunis det et soluat semel tantum uidelicet prima uice qua Potestas dicti castri uenerit ad dictum castrum ad murandum ipsius officium ipsi potestati pro eius comestione tres libras denariorum

Quod unus pro quolibet focculari stare debeat ad Arengam Rubrica 15

Unus homo pro quolibet foculari ubi homo est debeat ire et stare ad Arengam sarmentum dicti comunis de mandato Potestatis uel Vicarij dicti castri et qui contrafecerit puniatur pena duorum solidorum denariorum et si fuerit Consiliarius dicti castri negligens in predictis et non steterit ad Arengam puniatur pena quinque solidorum denariorum pro quolibet et qualibet uice qua non fuerit ad Arengam siue non uenerit ad consilium si fuerit eis notificatum si non habuerit legitimam excusationem de qua stetur et credatur iuramento allegantis impedimentum et excusationem

De assignatione debitorum expensarum et collectarum fienda Camerario per Vicarium et Consiliarios Rubrica 15

Vicarius et Consiliarij dicti castri qui per tempora fuerint in dicto castro teneantur et debeant infra octo dies ante finem eorum officij assignare camerario dicti castri particulariter et distincte omnia debita et expensas in dicto comuni occursas et factas tempore eorum officij et assignare camerario pro qua collecte imposite sint et ponantur ad penam uiginti solidorum denariorum pro quolibet ipsorum contrafaciente

Quantum possint expendere Vicarius et alij officiales de pecunijs comunis pro uno prandio in fine eorum officij Rubrica 16

Statuimus et ordinamus quod Vicarius dicti castri cum consiliarijs et Massarijs predictis uel cum maiori parte ipsorum possit expendere de pecunijs comunis dicti castri in quolibet semestri in fine uel circa eorum officij pro uno recreatorio et gaudioso prandio dictorum et aliorum officialium per dictum Vicarium ad dictum prandium uocatorum usque in summam et quantitatem trium librarum denariorum

Explicit liber Primus

Liber secundus super maleficijs

De auctoritate Potis et Vicarij sup maleficijs R^ca j^a

Ne maleficia remaneãt impunita et publice utilitati attendentes hac ordi lege prouidemus q dnus Potas et Vicarius dicti castri et uterq ipsor qui erũt per tempora habeãt et habere intelligãt in dcõ castro et eius territorio meri et misti imperiũ et õem iurisdictionem secundũ pacta inhita inter nostrũ patrem cõmune Spoleti et nostrũ cõmune castri predicti et consuetu hactenus obseruata dũmodo non sit contra ecclesiasticã libertatem et cõis Spoleti qui dnus Potas et Vicarius et quilibet ipsor possint de õibus et singulis maleficijs que in dcõ castro et eius territorio cõmitterent tempore eor officij et de retro cõmissis per annũ vz tempore precessoris potatis predci et non de alijs quoque modo et procedere et cognoscere possit et debeãt per accusationem denũtiationem et inquisitione dũmõ nõ precesserit infamia aliqua de maleficio de quo inquireret que esset in actis redacta et de hijs et super hijs dci dnus Potas et Vicarius et uterq ipsor possit et debeant cognoscere procedere et pronũtiare diebus quibuslibet tam iuridicis q feriatis et ad honorem dei indultis õibusq alijs iuris solemnitatibus pretermissis seruatis duntaxat in et super premissis et circa ea tenorem et formam Statut cõis castri pdci et predci dnus Potas et Vicarius et uterq ipsor dcã maleficia penis debitis punire teneant iuxta tenorem et formã probationũ super ipsis cõis maleficior factar cõsideratis in ipsis probationibus substantialitate seu essentialitate ipsor maleficior obiecta ipsar q probationũ non aut sumã uel qualitate quacũq circa ipsor maleficior seu penar de ipsis imponendar aggrauationẽ seu alleuiationẽ in ipsis accusationibus apposita uel adiecta qua nõ probatur nullo iure de ipso maleficio iuxta probationẽ factã in sua pena debita imponãt pactis predcis remanentibus semper firmis

De modo et ordine procedendi super maleficijs R^ca ij

Citationes super causis maleficior fiant et fieri debeãt hoc modo vz Quilibet accusatus denuntiatus uel inquisitus contra quem procederet de aliquo maleficio de quo pena aliqua ueniret imponenda per formã Statutor huius iuris citet et requirat una die pro altera psr uel domi eius solite habitationis et si psr fuerit inuentus sufficiat unica citatio tantũ et si domi sufficiãt due citationes tantũ diuersis diebus et horis facte vz una die pro altera q ueniat corã dno Potestate uel Vicario ad se excusandum et defendũ ab accusa denuntiatione uel inquisitione que fierent contra ipsũ si uero talis accusatus denũtiatus uel inquisitus esset forensis et non habitans in dcõ castro siue eius territorio tunc bis citet per deum bax diuersis dieb et horis cũ termino duor dier pro qualibet citatione die facte citationis in termino predcõ minime computata et sufficiat q dce citationes fiãt per deum bax publice et alta uoce in platea dci castri et locis solitis ubi soliti sũt exbanniri deliquẽtes pro aliquo maleficio per ipsos cõmisso et ualeãt et teneãt ac si personaliter citatus fuisset in quem terminũ uenire et comparere possit ad se excusandũ et defendendũ a dcã tali accusa denũtiatione uel inquisitione et si talis citatus uel requisitus in quolibet casu predcõr infra terminũ ipsar citationũ uel requisitionũ non comparuerit tũc ipsis terminis elapsis exbanniat publice et alta uoce in platea dicti castri per bax dicti cõis q infra terminũ quinq dier proxime futurorum comparere debeat ad se excusandũ et defendendũ a dcã tali accusa denũtiatione uel inquisitione et contentis in eis et qualibet ipsar in quantum [illegible]

ueniret condemnādus de tali maleficio secundū formā iuris et Statutor̄ dči castri et si plus uel minus exprimeret in dčo banno q̄ esse deberet secundū formā iuris et Statutor̄ predcor̄ nō uitiet sed ipsū bānū intelligat datū in debita quantitate in quo banno remaneat si infra dcūm terminū non comparuerit ipsa die data bāni in dčo termino minime computata et elapsis terminis tā citation q̄ banni talis Reus si non comparuerit ex nūc uigore et auctoritate pñtis castri Statut̄ pro contumace habeat atq reputet et censeat legitime confessus et conuictus ac si esset legitimis probationib̄ superatus de oībus et singlis in ipsa accusa denūciatione et inquisitione contentis et per iñ dños Potās et Vicarius dči castri et utrūq ipsor̄ ad sententiā condemnatoriā procedere possit et debeāt ac si ipse Reus contumax de oibus et singlis in ipsa accusatione denūciatione uel inquisitione contentis esset lētime confessus et conuictus et testibus ac legitimis probationib̄ superatus Sane si in termino alicuius citationis uel banni compareret Reus uel aliqs legitime pro ipso Reo coram dčo Potāte uel Vicario qualibet die et feriata ad honorem dei eius comparitio admittat et postq ipsi accusationi denūtiationi seu inquisitioni respondiderit et fideiussorem de dčo castro dederit de stando iuri et iudicatū soluendo relaxet et detinen non possit uel grauari ipsi aūt Reo assignet terminus decem dier̄ ad oēs et singlas probationes et defensiones faciend̄ et eidem accusatori ad suā probandā accusā qui terminus habeat et sit peremptorius infra quē recipiant testes et probationes utriusq partis tā super accusatione q̄ super denūciatione et inquisitione et elapso dčo termino testes et totus processus publicēt partib̄ ad ipsā publicationem requisitis et post dcām publicationem ipsis partibus triū dier̄ terminus assignet ad recipiendū copiā et opponendū contra testes et eor̄ dča et totū processū retroactū et probandū ac probatū habendū per oē genus et modū probationis et dči termini habeant pro datis et assignatis ac si per dcūm Potatem et Vicariū dati esset et arctari non possit nisi Reus sponte fuerit maleficiū confessus Notarius uero dči castri copiā oium actor̄ et scripturar̄ super maleficiis illa die uel sequenti qua ab eo peteret dare teneat postulanti recipiēn competenti mercede et quousq copiā nō dederit illā petenti nō currat terminus et postq data fuerit copia nihil addi uel minui possit in his de quibus data fuerit copia ipsa et si addat nō dēt fides additis in eisdem et parti non noceat ullo modo Deinde elapsis terminis predcēs dči dnūs Potās et Vicarius et utrūq ipsor̄ procedere possit ad sententiā condemnationis seu absolutionis secundū formā iuris et Statutor̄ castri predči ad quā sententiā audiendā citari debeat et requiri Reus una die pro aliis Et q̄ Potās et notūs dči castri uel aliquis ipsor̄ nō possit aliquo mō procedere cont aliquē de dčo castro uel in eo habitantem nisi maleficiū de quo procedit sit pro-

bati per duos idoneos testes quorum dicta et attestationes per notarium dicti castri
primo scribantur in actis curie predicte extense ante inquisitionem denuntiationem vel
accusationem et non scribantur per verbum vera esse. et si ipsorum testium copia fa-
cta per partem denuntiatam inquisitam vel accusatam eidem det et ante quam res
pendeat et eidem det terminus ad opponendum contra et si secus fiat
non valeat processus et sententia ipso iure et sine aliqua alia pronunciatione nul-
litatis nec aliqua executio fieri possit vigore processus sive sententie huius

De penis mitigandis propter pacem solutionem infra terminum et confessionem R.ca iij

C onfitenti maleficium coram Potestate vel Vicario dicti castri tempore quo se excusare
vel quarta pars pene qua veniret condemnandus pro maleficio quod confitetur
minuatur et si pacem habuerit ab iniuriato de maleficio de quo contra ipsum proce-
ditur et ipsam produxerit in publicam formam quandocumque ante sententiam coram Pote-
state vel Vicario dicti castri minuatur eidem medietas residui dicte pene quare
veniret condemnandus confitens et si solverit condemnationem suam infra decem dies
tunc prox. sequentes a die late sententie computandos camerario dicti castri alia
quarta pars residui predicti videlicet illius quod restaret minuatur et detrahatur aliis
si non solverit infra terminum predictum in quarto pluri condemnetur et ipsum quar-
tum plus incurrat ipso facto dicto casu

De Assignatione termine fienda allegati absentiam R.ca iiij

A llegante absentiam alicuius citati occasione alicuius maleficii vel criminis causa assignetur
terminus competens dicto alleganti prestito primo per ipsum corporali iuramento quod ...
... non allegat ad faciendum ipsum comparere coram dicto domino Potestate vel Vica-
rio dicti castri secundum distantiam loci et si non comparuerit in dicto termino ...
infra tunc procedatur ad ulteriora in ea secundum formam iuris et statutorum dicti ca-
stri dicta absentia semel allegata ulterius allegari non possit pro eodem facto et
negotio

Quod fieri possit consilium sapientis et sententie sine ipso ferri non possint R.ca v

S ententie condemnationis et Absolutionis ferri et dari debeant in criminalibus causis de consi-
lio sapientis ... dicte sententie ferantur et ille contra quem sententia ferri debet
si vult super ea consilium sapientis et ipse deponere debeat salarium pro ipso sa-
piente et si non comparuerit et salarium non deposuerit tunc dominus Potestas seu Vica-
rius dicti castri procedere possit ad condemnationem sive absolutionem sine consi-
lio sapientis. Dicte sententie tam condemnationis quam absolutionis in presentia consiliariorum
dicti castri vel maioris partis ipsorum vel ipsis absentibus tamen cum predicta citatione
et requisitione per notarium dicti communis castri predicti et si aliter fieret non valeat
ipso iure et quod consilium sapientis fuerit concessum sententia secundum ipsum debeat
ferri et data non tenere ipso iure.

De pena opponentis se baiulo Rubrica vi

Opponens se baiulo et non permittens se pignorari et gravari ab eunte ex aliquis commissione sibi per quoscumque officiales castri predicti et aliorum cuiuscumque hoc facta puniatur pena decem solidorum denariorum et de predictis stetur et credatur relationi baiuli et gravatoris cum ipsorum iuramento

De illis qui excipiuntur a penis Rubrica vij

Super offensionibus et delictis quibuscumque commissis et committendis in posterum inter virum et uxorem inter ascendentes et descendentes cuiuscumque gradus existentes inter fratres et alios collaterales usque in tertium gradum inclusive inter affines in primo genere affinitatis usque in tertium gradum inclusive inter minores duodecim annorum vel aliquos qui sint et morentur in eadem familia et inter amasium et amasiam non possit Potestas et Vicarius dicti castri seu alter ipsorum vel aliis officialibus procedere cognoscere nec punire sed predictorum offensiones sint omnino et statuto impunes inter personas predictas nisi fieret voluntaria accusatio per talem offensum vel parentem ipsius quo casu procedere possit et de maleficiis commissis inter personas prefatas in ipsis accusis debitis pena poni possit mitius arbitrio Potestatis et Vicarii ipsaque minuatur eorum arbitrio considerata qualitate personarum et facti et hoc non intelligatur de maleficiis et excessibus infrascriptis et commissis inter personas prefatas super quibus et de quibus dictus Potestas et Vicarius et uterque ipsorum per inquisitionem denunciationem et accusam possit procedere cognoscere et punire et ipsis malefactoribus penam imponere mitius suo arbitrio inspecta qualitate facti et conditionibus personarum dummodo non excedat penam de ipso maleficio in statuto contentam videlicet pro membro amputato sive debilitato percussione facta cum sanguinis effusione cum cultello spata mazza ferrea et aliis generibus armorum ferreis et si aliqua offensa fieret per parentem filio vel filie sive alteri descendenti ex eo non possit Potestas vel Vicarius vel aliquis eorum contra patrem procedere per inquisitionem vel accusationem vel alio modo nisi fieret cum supradictis armis et ex percussione huiusmodi sequeretur mors membri amputatio vel debilitatio in aliis possit Potestas et Vicarius procedere mitiorem penam imponendo arbitrio Vicarii et consilii

De multa Potestatis et Vicarii et quam penam ponere possint Rubrica viij

Potestas et Vicarius dicti castri et uterque ipsorum pro ipsorum officio exercendo possint ponere penam usque in quinque solidis denariorum et precipere ad penam quinque solidorum denariorum semel qualibet die pro eodem negocio et super facto Roste decem solidorum denariorum et de facto exigere possint penam predictam et precipere possit qualibet die semel tantum in die ut supra continetur pro eodem negocio

De pena nõ acceptãtis officiũ R^ca^ viiij

S iquis in dc̃o castro electus fuerit ad aliquod officiũ dc̃i castri teneat et debeat
dc̃um officiũ acceptare infra duos dies postq̃ fuerit electus ad penã decẽ soli
dor. pro quolibet die quo steterit in mora et nõ acceptauerit saluo q̃ nõ habeat
locũ in absente qui nõ teneat ad penã aliquã

Quod procedat de similibus ad similia R^ca^ x

D e quolibet maleficio uel delicto de quo non fieret mentio in p̃nti uolumine Statutor. pro
cedi possit et debeat de similibus ad similia per Potẽm uel Vicariũ dc̃i castri
et utrũq ipsor. et penã impone et si simile non reperiret in dc̃is Statutis
procedat ad punitionẽ et condẽnationẽ secũdũ ordinamentũ fiendũ per Vica
riũ consilianos et Massanos dc̃i castri uel maiorem partem ipsor. et si aliter
procederet seu fieret nõ ualeat ipso iure et p̃dc̃a locũ habeãt si ordina
menta confirmatã fuerint per Priores populi cõis Spoleti et aliter non

De pena nõ probãtis accusã quã porrexit R^ca^ xi

A ccusans aliquem coram Potẽte uel Vicario dc̃i castri tempore porrectionis ac
cusẽ teneat dc̃am accusã iurare esse ueram et non calũniosã et dare idoneũ
fideiussorem de ipsã probando et q̃ ipsã probabit infra decem dies a die excu
sationis accusati ad penã uiginti solidor. den. si comparuerit si uero accu
satus nõ comparuerit et per contumaciã ueniret condennandus ad penã
aliquã non teneat si ipsã accusã non probauerit dc̃o casu

De pena uendentis uinũ cũ mensuris nõ iustis et nõ sigillatis R^ca^ xij

V endens uinũ ad minutũ debeat habere mensuras iustas et sigillatas sigillo
cõis Spoleti uz Ciuitatis Medũ et fulgitum ac sufficiat unica sigillatio cum
quibus mensuris debeat uendere et mensurarũ uinũ cuilibet petenti et dare mẽ
suram iustam et debeat dare uinũ quod incepit uendere pro eodem pretio quo
incepit uendere et nõ pro maiori sed pro minori sic si uoluerit et si uendiderit
pro minori ad penã ad penã aliquã nõ teneat et contrafacientes in aliquo
ex supradc̃is casibus puniat pena quinq solidor. den. pro quolibet et qua
libet uice et cuilibet liceat sine pena et banno dc̃um uinũ uendere tanto
pretio quanto sibi uidebit et placebit

De pena facientis cõpositionẽ cũ Potẽte de aliquo maleficio ante condem natione R^ca^ xiij

N ullus compositionẽ faciat cũ Potẽte ante suũ tempus uel ante ipsã s̃niam
de aliquo maleficio ad penã quatraginta solidor. den. et nihil° soluere teneat et
debeat cõi castri p̃dc̃i partẽ banni ad quod teneret pro maleficio cõmisso per
eũ ac si fuisset per s̃niam condennatus et ad p̃dc̃a cogi possit et debe
at per Vicariũ et consilianos dc̃i castri et quẽlibet aliũ officialem cõis dc̃i

castri reatr et personat ad voluntatem ipsorum vel maioris partis ipsorum et si dicti Vicarius et Consiliarij in predictis fuerint negligentes puniantur ea pena qua veniret puniendus compositionem faciens de maleficio per eum comisso liceat etiam Vicario Consiliarijs et Massarijs dicti castri compositionem facere cum Potestate de quibuscumque pro dicto comuni et meliorament˜ oĩs predicti

De pena vindemiantis sine licentia Vicarij et Consiliariorum R.ca xiiij

Vindemiãs in territorio dicti castri antequam fuerit deliberatum per vicarium et consiliarios dicti castri aut maiorem partem ipsorum puniatur pena centum solidorum den. pro quolibet et qualibet vice.

De pena facientis aliquod laboritium diebus dominicis et festivis R.ca xv

Dies oẽs dominicos nativitatis dñi sci Stephani sci Johis evangeliste sci Silvestri octava nativitatis dñi epifania dñi Purificationis Virginis marie sci Mathei apli annũciationis Virginis marie dies pascatis Resurrectionis cum duobus diebus proxime sequentibus sci Marci evangeliste scorum Aplorum Philippi et Jacobi Inventionis sce Crucis de mense Maij Ascensionis dñi scos dies Pentecosten cum duobus diebus proxe sequentibus sci Barnabei apli sci Johis baptiste scorum Apostolorum Petri et Pauli de mense Junij sci Jacobi sci Laurentij Assumptionis Beate Marie sci Bartholomei Apli Nativitatis Beate Marie Virginis sci Mathei apli et Evangeliste Dedicationis sci Michaelis de mense septembris sci Luce evangeliste scorum Aplorum Simonis et Jude festũ oium scorum sci Andree Apostoli sci Nicolai episcopi et confessoris sci Thome Apostoli oẽs dies veneris de Mense Martij et Veneris sancti et dies sabbati vs post vesperis dies festi sci Felicis et oẽs dicte dies et here debeant ab oibus venerari et nullus audeat dictis diebus vel ipsorum aliquo vel horis predictis facere aliquod laboritium in dicto castro vel eius territorio nec deferre aut deferri facere aliquã salmã cum somario mulo sive equo vel equa nec ducat trahem cum bobus vel cum aliquo aiali vel cum hoibus si esset que duci posset per quattuor hoies ultra si conduceret cum hoibus maiori numero a pena non teneatur et qui contrafecerit in aliquo casu puniatur qualibet vice pena decem solidorum den. pro quolibet contrafaciente et Parrochiani ecclesie sci Felicis festum ipsius teneantur celebrare et aliquod laboritium in dicto festo predicti nõ faciant ad dictam penã et custodes secreti teneantur accusare contrafacientes ad penã decem solidorum pro quolibet et qualibet vice qua

contrafecerit salvo q predcā nō vindicēt sibi locū in apparentibus herbas poleos et poma et colligentibus cruci et ficus et in habentib. bladū in area quibus liceat scium bladū tempori turbat readducer recolliger ventulari et portar et in stantibus die sabbati in laborerio dimisso laborerio liceat redir cū salma de possessione in qua starit ad laborandū ad domū post vesperas dumō ult. non laboraverit dcā die et salvo q dcā die post vesperas liceat habentibus granū in area ipsū ventulari et ad domū portare et non habeat locū pns capitulu in molendinariis valcheraris quibus liceat molendinar et valcherar pannos oībus dcīs diebus preterq diebus dominicis Nativitatis Dnī Paschatis Resurrectionis Epifanie Pentecostes et quatuor festivitatibus Virginis Marie vz Annuntiationis Nativitatis Purificationis et Ascensionis in quibus diebus si aliquis fecerit aliquod laborerium puniatur contrafaciens pro qualibet et qualibet vice pena quinq solidor. den.

De modo confinandi testes Rca xvj

Ad confinia sive confines nulla persona de dcō castro sive eius districtu vel territorio vel habitās in eisdem per Potestā sive Vicariū vel alios officiales dicti castri poni seu mitti possit vel debeat occasione testimonij seu quacūq alia cā modo vel iure nisi homo per duos dies tantū de die et nō de nocte in loco cohoperto in dcō castro et nō alibi et si fuerit femina una die tantū de die et nō de nocte et in ecclesia scē Nicolai de dcō castro et nō possit ali. vel ult. confinari nisi modo predcō et qui nō observaverit confinia predcā secundū formā pntis capli incidat in penā pro qualibet vice in viginti solidor. den.

De pena receptatis Exbannitos scē Rom.e Ecc.e vel cōis Spoleti Rca xvij

Receptās aliquem exbannitū scē Romane ecclesie vel cōis Spoleti scienter vel dederit eidem auxiliū consiliū vel favorem vel dando eidem ad bibendū vel ad comedendū puniat pena viginti solidor. pro qualibet vice si scivit ipsū fore exbannitū et intelligat ipsū scire exbannitū si fuerit notificatū in cōe dcī castri per lrās Rectoris Provincie vel eiusd. Iudicis vel per lrās cōis Spoleti d. Prior. civitatis predcē et si talis exbannitus esset in persona principali vel in defectū exbannitus q tūc eū receptās incurrat pena quinquaginta librar. sive ceto citra persona viginti quinq librar.

De pena nō iurātis salvitiā Rca xviij

Quelibet persona de dcō castro maior d. decem annor. teneat et debeat infra .... dies intrante mense Maij iurar salvitiā fructuū et de nō colligendo ....

[illegible]

faciendo de fructibus alicuius arboris domestice vinee horti leguminu et non tollere uel asportare de clusimine uinear nec incider arborem alienā que con ualuit seu allevata nec meter herbas in prato seu limite alieno custodito et quecumq persona fuerit absens de territorio dci castri tempore iuramenti predi cti teneat et debeat iurar dcam salutiā infra tres dies post eius reditū de qua absentia stet et credat suo iur^to et quicumq contrafecerit in nō iurando pu niat pena quinq solidor pro quolibet die quo steterit et non iurauerit Volu mus tn q iurantes dcam salutiā ad ipsius obseruantiā nō teneri ad iura mentū de bonis non iurantiū et stantiū in dco castro et de iur^to stet scriptu ris notarij coīs castri predci Vicarius tn dci castri possit prorogare dcum terminū de cuius prorogatione stet scripturis noti predci

De pena vendētis alicui forensi domū suā casalenū uel possessione R^ca xviiij

V endēs aliqua persona de dco castro uel eius districtu uel alienās alicui nō subiecto iurisdictioni dci castri aliquā domū casalenū uel possessionē sitas in dco castro uel eius territorio absq licentia gnalis Arenghe hoīum dci castri uel maioris partis ipsor tā uendens q emens condemnetur in centū libris pro quolibet et qualibet uice

De pena lauātis pānos in fonte Putei et uena Vallis casane R^ca xx

L auans Pannos aut aliquā inmunditiē faciens in fonte primo uersus castrū predcum putei uel prope ipsū fontē per quatuor pedes pertice ad pedem iustiē coīs spoleti nec in uena uallis casane siue Burgi v3 a ponticello supra puniat pena quin que solidor den pro quolibet et qualibet uice et quilibet possit esse accu sator et stet iur^to accusatoris

De pena nō facientis hortū R^ca xxi

